Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Thesaurus armorum spiritualium ultimo mortis conflictui comparatus et collectus - Cod. Donaueschingen 352

Villingen, Benediktinerkloster St. Georgen im Schwarzwald, 1733

"Actus Protestationis contra omnes inimici insidias [...]"

urn:nbn:de:bsz:31-93309

Visual Library

Cultum vestrum propagare,
Exemplum denique vestrum sectari:
Quod, ut praestem, Vestra iterum
faciet benevolentia, cui et vitam
meam Universam offero, ductu
vestro transigendam, et mortem
commendo, vestro in conspectu,
et sub Tutela vestra obeundam.
Vos ô Sancti N. N. de vestra
iam salute securi, de me estote
solliciti: Et quos in vita Patro=
nos elegi, in morte patrocinantes
experiar: victurus deinceps vo=
biscum beatè, Patrocinij Vestri
memor aeternum.

Actus Protestationis Contra Omnes inimici insidias.

Summe Deus, quem immensus

160.
credo, et ubiq; præſentem confi=
teor! Mater Virgo, Michaël
Archangele, Cuſtos Angele,
S. Joſeph, Patroni mei religni
N.N. SS. Omnes, quos in
Verbo agnoſcere non dubito,
quæcunq; ego de me conſtare
vobis ad Gloriam veſtram,
et Salutem meam deſidero!
Siſto me coram vobis, et
conſcijs vobis proteſtor.

1. Deteſtari me ex animo
omne peccatum meum, et quid=
quid oculis veſtris in ~~me~~
diſplicet:
~~Nec~~ Nec deinceps admiſſu=
rum aliquid, quod noverô di=
ſplicere.

2. Proteſtor credere me,

quidquid Ecclesia Romana, cujus membrum sum, credendum pro=ponit; erroresque omnes ab ejus sensu alienos execrari.

3. Sperare item me peccato=rum meorum veniam, per fusum pro me Jesu Christi Sanguinem, et æternam meritorum meorum retributionem.

4. Amare me ex animo, unicè amabilem Deum meum, et amaturum, quidquid etiam adversi immiserit, ac præter mentem arbitriumque meum futurum, si quid natura dolendi impatiens reluctetur.

5. Invisas mihi esse, et ut confido, deinceps fore, omnes

162.
rerum caducarum illecebras,
nec iis captum, detrectare
me, aut detrectaturum Divinæ
tuæ Providentiæ circa me,
vitámque, ac mortem meam
Placitum.

6. Nolle me ullum rei
cuiuspiam à me benè gestæ
plausum: ac omninò velle
vivere, ac mori, quomodo me
tu Deus meus, volueris.

7. Et hanc voluntatem
meam, firmissimè mihi modò
decretam, cupere me, in vita,
et in morte, esse incommuta=
bilem.

Quod, ut consequar, à
te inprimis Deus Optime,

Maxime, à te deinde Virgo Mater, Archangele Michaël, Custos Angele, S. Joseph, Georgi Martyr, Benedicte Pater, Anselme, ceteriq Patroni ac Patronæ, et SS. omnes, ex animo obtestor.

Brevis Superiorum Affectuum Synopsis:

Ad Usum frequentiorem contracta:

Credo in te. O Deus Veritas, et quidquid te revelante Fides docet, et Ecclesia proponit: adauge in me Fidem, et da, ut in illa syncerè vivam, et constanter moriar.

Spero in te. O infinita Fidelitas!